

VI. Münzen: Ungefähr 6000 an der Zahl. (Man verlangt, dass diese 6000 Münzen nach Berlin geschickt werden, um dort in Beisein eines griechischen Commissärs die Ausscheidung der Dupla vorzunehmen).

VII. Verschiedene Gegenstände aus Eisen, Blei, Bein, Glas u. s. w. (Auch von diesen werden einige Muster verlangt.)

## Briefe des P. Felix Pfeffer,

Conventual des unmittelbaren freien Reichs-Gotteshauses Ottobeuren  
aus seiner Gefangenschaft und seinem Exil, 10. October 1646 bis  
16. Februar 1647.

Mitgetheilt von P. Magnus Bernhard in Ottobeuren.

(Fortsetzung v. Hft. II. S. 345—351.)

### II.

22. Oct. 1646. Ulm aus dem Elchinger Hause.

Preces et obsequia debita;  
Admodum Reverende P. Prior!

Mitto rursum hac occasione monitorias Paternitati Vestrae in causa captivitatis meae, qua nuper eximi a nostris Ottoburanis, praesertim vero sua Paternitate humillime expetii. Idipsum urgeo nunc et peto quam instantissime, ut negotium non differant, sed intra octiduum hoc, quod durat ad diem 26. huius mensis, ipsumque Veneris (in quo prius erravi scribens vigesimum tertium pro vigesimo sexto, deceptus inspecto veteri non novo Calendario) vel destinatam Ranzionis pecuniam, scilicet 225 florenorum, vel certas saltem responsorias mihi huc Ulmam ad aedes Elchinganas certo transmittant. Puto, meam redemptionem per Cambium optime et commodissime (uti et censet Reverendissimus D. Abbas Elchingensis) fieri ac transigi posse praesertim, si quis mercatorum Memingensium Cambium habeat cum mercatoribus Suiteranis et Welserianis <sup>1)</sup> hic Ulmae divitibus admodum mercatoribus, qui pecuniam Ranzionis rogati per litteras facile pendere poterunt. Id quod opto et atque etiam, quam maxime, meque simul admodum Reverendae Paternitati Vestrae quam humillime commendo. Ulmae ex aedibus Elchinganis 22. Octob. Ao. 1646.

Adm. Rdae. Ptis. Vae.

observantissimus

P. Felix, Ottoburanus.

Inscriptio: Reverendo Religiosissimo Patri ad Domino P. Iacobo Molitori, Celeb. Imperialis Monasterii Ottoburani Priori meritissimo. Patri suo Colendissimo. Memmingen In das Ottobayerer hauss. Cito, cito, cito.

<sup>1)</sup> Suiter und Welser, berühmte Bank- und Handelshäuser der Stadt Ulm.

IV.

28. October 1646. Ulm, Elchinger Haus.

Cum precibus et obsequiis debitis  
salutem plurimam.

Admodum Reverende charissime P. Subprior <sup>1)</sup>.

Litteras Paternitatis Vestrae cum Summa ducentorum viginti quinque florenorum recta hodie, id est 28. huius a tabellario henkhl accepi. Ago maximas, quas possum gratias pro immenso beneficio nec non benevolentia, qua tum Paternitas Vestra, tum totum nostrum Monasterium me licet indignum complectitur, et praeter spem pene, captivum hactenus pristinae libertati vendicat. Agnosco beneficium isthoc ex corde, et Deum, Beatamque Virginem sospitricem pro eo summe collaudando. O Diva Virgo Oelderensis! <sup>2)</sup> quoties mihi captivo in animo, quoties mihi fuisti in corde! credo, nullus plane effluxit dies, quin tui memor, te refugium asylumque miserorum invocaverim, meque a te liberandum exoptaverim! Audivisti preces indigni famuli tui, meque non solum liberum, sed tuo pretio, tuo aere,

---

<sup>1)</sup> P. Sebastian Rhoer, geboren in der Nähe von Aubendorf, machte am 8. Sept. 1613 Profess im Kloster Ottobeuren, Professor der Theologie in Salzburg, Prior und Subprior zu Hause, starb er als ein Opfer der Nächstenliebe an der Pest am 20. October 1650.

<sup>2)</sup> Eldern, Wallfahrtsort und Subpriorat des Klosters Ottobeuren ein halbe Stunde von da entfernt. Die vielbesuchte Wallfahrt zur Gottesmutter entstand 1466. Seit 1806 Kirche und Klösterlein dem Erdboden gleichgemacht. Das Gnadenbild befindet sich jetzt in der Kloster- und Pfarrkirche zu Ottobeuren. Das Lösegeld für P. Felix nahm P. Jeremias Mayr aus dem Schatze der Wallfahrt. Er schreibt hierüber an P. Sebastian in Memmingen: „Per pastorem praesentem Georgium horbar, mitto necessariam pecuniam pro liberatione P. Foelicis 201 fl. Beatissima virgo Maria in öldern, quae est salus infirmorum, refugium peccatorum, consolatrix afflictorum, gazophylatium aperuit, quam vero mecum contentam futuram, ideo, quod pecuniam illius non expendam in vanos usus, sed in liberationem captivorum, qua liberatione me et redimendum sibi magis devotos reddit. Hanc autem pecuniam certo spero de absconditis pecuniis Paternitatis Vestrae restituendam et ad gazophylatium reponendam. Alioquin timendum, ne et nos captivemur. (Ex epistola P. Jeremiae Mayr. Ottenburae 24. Octobr. 1646 an P. Sebastian). P. Jeremias allein hatte bei allen Einfällen der Schweden Ottobeuren niemals verlassen, sich bald im Kloster, bald in den nahe liegenden Wäldern verbergend. Er pastorirte auch unter zahllosen Gefahren und Müheligkeiten die ganze Gegend. Dieser unvergessliche Mann war zu Mindelheim geboren, Profess am 8. September 1602, starb er 67 Jahre alt am 2. Februar 1654. Das Todtenbuch sagt kurz von ihm: „de monasterio optime meritus. (vergl.: Kuhn C. P.: P. Jeremias, ein Zeitgemälde aus dem Schwedenkriege für das Volk. Augsburg 1879. 133 S. 8<sup>o</sup>.)

tuo thesauro liberum reddidisti. Ergo tibi grates, tibi laudes sint (uti et filio tuo maximo Divinissimo) infinitae, immensae cordialissimaeque. Servum me tibi fateor modis omnibus plane obstrictum obligatumque. Quod attinet ad caetera, quorum me Paternitas Vestra in suis ad me memorem fecit, executus rem iam fui, et exequar deinceps. Reverendissimo D. Abbati Elchingensi pro beneficio detentionis iam ut par est egi gratias et agam in posterum, si me (ut benevole promittit) ad domuitionem usque securam hic penes se hospitem detinuerit. Opto tamen brevi me avocandum, ne nimis diuturnis efficiar tandem molestus hospes, licet hactenus non nisi summam ab ipso benevolentiam gratiamque expertus sim. Quod Cornetum, qui me cepit, concernit, homo is sane admodum asper austerusque est et de petita summa vix credo aliquid (ut tamen sperat Reverentia Vestra) imo nullatenus remittet. Bis idem huc iam ab exercitu propter Ranzionem venit, et multa in hospitiiis propter me insumpsisse conqueritur. Si quid tamen per impossibile impetrari poterit, impetrare haud intermittam. Dass Quitscheindl <sup>1)</sup> der geltsablegung hab Ich dem Botten

1) Die Quittung lautet: Dass wür Zue ende diss benant, aus dem hochlöblichen Gotshaus otenbeyren die zur ausslösung auss des feinds handen desselben conventualis P. Felicis Pfeffer bestimmte 225 fl. rasion, heut, dato in angesicht dess ermelten Patris zu unserer sichern handen würcklich empfangen vnd an gehöriges orth gegen behörende quittung vnfelbar lifern vnd verwenden wollen, bezeugen wir mit disem, so wol vnd vnserer aigen handschrift vnd petschaft, alss auch obermelter Patris Attestation verfertigt quitschein. Vlm den 18. Octobris 1646.

attestor

(L. S.)

Fr. Felix Pfeffer, Professor  
zu Ottenbeuren.

Joann Abt zu Elchingen.

Mit diesem Quittschein übersandte Abt Johannes v. Elchingen noch einen eigenen Brief an P. Sebastian in Memmingen, der also lautet:

Mein gebet vnd gruess zuuor, Erwürdiger vnd gaistlicher besonders geehrter lieber H. P. Subprior!

E. E. schreiben sambt den vbermachten 225 fl. hab ich recht erhalten, vnd dessen mit desto grösserem verlangen erwartet, allweilen gestern der bestimpte termin zu endt geloffen: massen dan der bewusste Corneth bereits sich widerum vmb das gelt mit grosser vngestimbikeit angemeldet, vnd in ermanglung dessen der guete P. Felix abermahls nit in geringer leibes vnd lebens, auch starker angedrohter sehr vnbarmerziger tractation begriffen gewesen, wrauss Ich In erwidernung mit darschiesung etwas parschaft vnd anderwertiger gueth manir noch dato errötet, vnd den Cornet noch vmb etwas weniges gedult beredt habe.

Und weilen auch mehr die ausslösungsmittel bey der handt, solle ermelte Corneth dessen alssbald berichtet, mit Ime (da er selbs das gelt abfordern sollte) wegen eins weitem nachlass bestmöglich tractirt, (vngeachtet solches vmb souil weniger zu hoffen, allweilen er gestern ausser der ranzion auch seine mieth vnd Zehrungscosten praetendiren wollen)

in E. Erwd. Schreiben eingeschlossen fleissig vberantwortet, Ein anderos von dem Cornet, so Ich Ihme dass gelt, entweders hin erlegt, oder durch brueff vberschickht wird haben, will Ich auch fleissig et cum magna cautione begeren. Demum Reverentiae Vestrae pro sua cura et labore specialiter mei gratiam impenso, ago maximas iterumque gratias, meque tum ipsi, tum caeteris patribus, qui me salutarunt, cum reciproca salute, humillime enixeque commendo. Ulmae ex aedibus Elchinganis, 28. Octobr. Ao. 1646.

Adm. Rdae. Paternitatis Vestrae

observantissimus

P. Felix, Ottoburanus.

Inscriptio: Adm. Reverendo Clarimo. Dno. P. Sebastiano Rhoer, SS. Theol. Doctori, et Celeb. Monasterii Ottoburani Supriori Dignissimo Patri suo Colendissimo. Memingen in das Ottobeurer hauss.

V.

7. Nov. 1646 Ulm, aus dem Gasthause zum weissen Ochsen.

Cum precibus et obsequiis debitis Salutem humillimam.

Admodum Rde. Charissime P. Subprior!

Improvisa isthaec occasio, improvisum monet, ut significem nuntium. Istud nimirum, quod amplius Vlmae in aedibus Elchingensium non sim, sed in publico hospitio bey dem weissen Ochsen genannt. Mirabitur haud dubie Paternitas Vestra status mei mutationem tam inopinatam; sed causam subiungo. Inaudiit forte post 14 dies Senatus Vlmensis, me apud Dominum Elchingensem in privatis aedibus demorari, displicuit isthoc, nescio quam ob causam. Ergo per Consulem suum mihi denuntiavit, cedere ex urbe et me alio in loco, forte

---

vnd hierumben die behörende quitung erhobt auch künfftig, dem ermeldten Patri mitgegeben oder vf auch zaitlich vbermacht werden; vnder dess haben E. E. hiebey dess emp'angs einen von mir vnd vorgedachten P. Felice geförtigten Schein zuempfangen, auch das versprechen, dass Ich vnd die meinigen den besagten Patrem von vnsern zwar wenigen mitl noch ferners biss zur anderwertigen gelegenhait vnd der avocation gar gern accomodir vnd vnderhalten wollen, massen wir vnss zu disem vnd noch mehreren hoch obligirt erckenen, auch diss orths gern ein mehreres gelaist hat, da es in vnserm vermögen bestanden wäre.

Dann auch, weil V. P. Subprior von Irse nechst meinen P. Priorem vmb souil interposition, dass seine ausslesung auch möglichst befördert werden möchte, bewöglich vnd innständig gebeten, dess wegen dan hiebey ligent schreiben aussgeuolgt, dess wollen E. E. vnbeschwert sein, solches förderlich an sein behörend orth zu bestellen. Daneben vnss allerseits der gnade Gotes wol beuehlend. Ulm den 28. Octobr. anno 46. — E. E. guetwilliger F. Joannes Abbas in Elchingen. —

Elchingensi vel Söflingensi <sup>1)</sup> detinere Monasterio. Supplicavi contra Ego in scripto, ne hoc foret, sed mihi tamdiu Vlmae commorandi copia fieret, donec a Corneto captore meo totus liber evaderem, vel a Superioribus omnino domum avocarer. Quid factum? Concessum mihi denique a Senatu est, commorari per octiduum in publico aliquo hospitio, post vel urbe emigrarem, vel licentiam ulterius manendi reputerem. Ergo a die Martis proximo seu sexto huius mensis in publica ac dicta moror caupona. Migrandi initio statim ad Monasterium Elchingense mihi animus fuit, tum ob sumptuum parvitatem, tum quod satis mihi nunc temporis ab hoste viderer securus; sed dissuasit hoc omnino Reverendissimus et P. Prior Elchingensis, ea uterque ductus ratione, me ibidem haud satis fore securum ob Laugienses <sup>2)</sup> Suecos, qui monasterio graviter minantur devastationem, nisi quot mensibus impossibiles (ut creditur) centum Daleros ad eam urbem contribuant. Acquievi idcirco vel nolens eorundem consilio, et heri, id est sexto huius ad publicum migravi hospitium. Ergo hoc, prout par est, ac primum potui, significatum volui Paternitati Vestrae, nostrisque patribus Ottoburanis disposituris iam de me, quod sibi fuerit complacitum, nimirum ut vel diutius adhuc maneam in hospitio sumptibus Monasterii nostri, vel proxime domum vel Memingam avocer, si occasio et aeger patriae status tulerit. Nam in Elchingensi Coenobio extra urbem morari securitas haud satis admittere, vel forte voluntas etiam eius Monasterii Superiorum ferre videtur. Ideo, quid iam mihi factò opus sit, dubius ancepsque haereo; eximet omne dubium Paternitatis Vestrae responsio nomine Monasterii nostri proxime mihi danda, quam avidus admodum cupidusque exspecto. Corneto, captori meo, de centum quinquaginta Daleris (quos ei debeo) hactenus duabus vicibus sexaginta quatuor tantum tribui florenos, restant centum adhuc sexaginta unus ei dandi, quos ipse adhuc necdum hinc abstulit, si quidem nihil amplius de ipso audio, ubi sit, vel ubi terrarum modo existat. Mea obligatio postrema plus non sonat, quam quod centum dictos cum sexaginta et uno ei debeam adhuc florenos. De consistentia in loco seu Vlma civitate, nulla, ut prius, facta mentio est. Ergo si placitum ita Superioribus foret, migrare hinc salva obligatione iam bene potero, et si necdum a Corneto plene liberatus sum, et libertati meae totaliter

---

<sup>1)</sup> Söflingen, kön. württemb. Oberamt Ulm, ehemaliges, unmittelbares Clarissinenkloster. Es bestand zuerst in Ulm. Im Jahre 1258 siedelten sich die Nonnen in Söflingen an. Im Jahre 1803 wurde das Kloster aufgehoben.

<sup>2)</sup> Lauingen, Stadt an der Donau, im kön. bayr. Regierungskreise Schwaben und Neuburg.

restitutus. Pecunia Ranzionis apud Reverendissimum Elchingensem hic Vlmae in tuto adhuc iacet, quam suis pristinis possessoribus per nuntium henckhl hic Vlmae (si proxime avocandus sim) denuo restituam, vel mecum domum suo tempore Corneto, si pro integra Ranzione redierit aliquando dandam, asportabo. Socius calamitatis meae conditionisque modernae est Religiosus P. Oeconomus ex Anhausen <sup>1)</sup>, qui similiter a Wiblingensibus <sup>2)</sup>, ut ego ab Elchingensibus mandato Senatus Vlmensis ad hospitium una mecum simili pacto ablegatus, in quo per duos dies unos iam vivimus, et ut ultra octiduum vivamus, non nisi per gratiam Senatus Vlmensis possumus. Primo iam et vel avocationem proxime, vel certum saltem responsum, quid facto posthac opus, a Paternitate Vestra cupidus praestolor. Salutat Paternitatem Vestram Reverendissimus Elchingensis, et Ego ipsam cum patribus nostris Ottoburanis aliisque familiaribus Memingae optime valere cupio.

Raptim Vlme ex hospitio bei dem weissen Ochsen 7. Nov. 1646 <sup>3)</sup>.

Adm. Reverd. Paternit. Vestrae

Observantissimus

P. Felix Ottoburanus.

P. S. (Hoc loco epistola sparsim lacerata) . . . proxime avocare . . . mittant simul octo . . . florenos pro sumptibus . . . tio factis, et itinere . . . dis, vel licentiam per . . . ras tribuant, aliquid interea et necessarium de pecunia Ranzionis meae pro solutione accipiendi.

Inscriptio: Adm. Religioso. in Christo Patri Sebastiano Rhoer, Theologiae Doctori et Monasterii Ottoburani Subpriori dignissimo. Patri suo Colendissimo. Memingen in das Ottobeyrrer Hauss.

<sup>1)</sup> Anhausen an der Brenz, kön. württemb. Oberamt Heidenheim, Benedictinerkloster. Gestiftet im Jahre 1125 zu Ehren des hl. Martin durch die Grafen von Dilingen.

<sup>2)</sup> Wiblingen, kön. württemb. Oberamt Laupheim, Benedictiner-Mannskloster, gestiftet im Jahre 1093 zu Ehren des hl. Martin durch Graf Hartmann von Kirchberg und seinen Bruder Otto. Das Kloster wurde 1803 aufgehoben.

<sup>3)</sup> Dieser Brief scheint im Ottobeurer Haus kein gutes Blut gemacht zu haben und deshalb an P. Jeremias in Ottobeuren gesandt worden sein; denn dieser schreibt unter dem 12. November an P. Sebastian: „Litteras R. V. cum P. Felicis accepi, quas et cum indignatione legi contra eundem propter imprudentem illius modum agendi et negligentiam missa pecunia se liberandi, quam nos tanto labore et cura misimus et comparavimus, et ob hanc maxime causam non suadeo, ut revocetur, donec totus sit liber, ne a corneto, ut servus, a nobis repetatur, ni aut alio gravi damno, tandiu non item manu non mittet, donec solutus fuerit. Interim Vlmae maneat, aut si migrandum sit in Soefflingen, migret, et cum ho-

VI.

10. Nov. 1646. Ulm bei dem weissen Ochsen.

Salutem, preces et obsequia debita.

Admodum Rde. P. Prior!

Postremas meas 7. huius datas Paternitatem Vestram recepisse spero; sin minus alteras submitto, unius eiusdem rei significaturas urgentissimasque. Nimirum alio iam utor hospitio, quam hactenus, altera usus fuero hebdomada. In hospitio namque nunc moro Ulmae bey dem weissen Ochsen, Senatus Ulmensis invidia nescio an prudentia. Dominus Abbas Elchingensis certe me libenter diutius penes se retinisset suis in aedibus, sed improvise proditus meis nunc sumptibus in caupona vivere cogor. Ne vivam diutius, meorum est Superiorum, quorum proxime per hunc vel maturiorem nuntium exspecto responsum. De Corneto meo, qui me cepit, nihil adhuc audio. Significavi ipsi iam ante octiduum per Commissarium suecicum, pecuniam adesse Ranzionis meae, rogavique proxime responderet, quid fieri cum pecunia vellet, num eam ipse hinc ablaturus esset, num Domino Commissario potestatem recipiendi suo nomine commissurus, missa interim mea Scheda debitoria sibi hic tradita, et altera (quitscheindl) quod totaliter debitum persolverim, una simul expedita. Sed ut dixi nulla ad haec singula responsio est, nec tam brevi erit, si ut fertur Sueci modo circa Monachium versentur, diutius forte vel non amplius ad has, maxime Vlmenses reversuri partes. Quid mecum igitur fieri Superiores velint, maximo cum desiderio exspecto: num scilicet diutius in publico hospitio cum magna sumptuum difficultate manendum, num potius proxime Memingam abeundum, vel denique an migrandum ad Elchense extra urbem Coenobium, ad quod paratus est Reverendissimus Elchingensis me ultro recipere, nisi aliud Superioribus meis placeat, et fuga periculi a Lauvinganis, vel aliis timendi omnino dissuadeat. Wiblingense Coenobium intra mensem bis expilatum misereque devastatum est; Lauvingani hoc idem Elchingensi minatur, nisi centum Daleros pro contributione menstrua sibi certissimo pendat. Hactenus quidem a trina hebdomade mali nil passum est, et secure satis sub Gallica salvagardia vixit. Iam intra et extra plus sibi a Caesareanis quam Suecis timet,

---

spite pro certa pecunia et certis cibis singulis mensis conveniat, pro dalero aut 2 fl. pro septimana, aut singulis mensis pro tribus ferendis flaisch, Sup, Kraut,  $\frac{1}{2}$  mensura vini, 1 Kr. brott, welches ein tag vber 30 Kr. nit solt kommen. Et postquam liber fuerit et revocabitur, ab hospite computum debitorium petat, quod nuncius Memingensis solvat et suis expensis reducat, omnia ipsi nuncio reddenda. Remitto ipsius litteras, ut Reverendissimo mittantur. (Ex ep. P. Ierem. Mayr ad P. Sebast. Rhoer, Ottenbur. 12. Nov. 1646.)

quorum illi hic circa Vlmam magna cum furia itemtidem circumvolant. Angustiae igitur mihi sunt undique, quas Superiorum non nisi voluntas, providaque de me tollet dispositio. Caeterum quatuor patres cum uno Converso et tribus novitiis in Elchingen pro tempore degunt, P. Subprior seu Theodorus noster confugit in Weingarten<sup>1)</sup> cum P. Placido, a quibus hac ipsa hebdomade Reverendissimus Elchingensis transmissas accepit litteras. Sed haec satis, quae maioris ergo securitatis repetere volui, nescius an meae nuperae per nuntium heys transmissae, Memmingam venerint, an vero quomodolibet forte in via perierint. Me commendo humiliter, et responsorias proxime seu etiam avocatorias per harum latorem certo exspecto.

Vlmae bey dem weissen Ochsen 10. Nov. ao. 1646.

Adm. Rde. Patern. Vestrae

Observantissimus

P. Felix, Ottoburanus.

P. S. Hoc monuerim Paternitatem Vestram, ut si unus nostrum Ottoburae est, quaeri per ipsum curet in cella mea, inferius ad sinistram partem pulpiti mei, loculum aliquem (ein Tädle) reperturum ibidem 12 vel 13 florenos mihi initio a P. Priore datos pro viatico, nunc pro expensis in hospitio commodos, nisi iam prius a Superioribus, vel ab hoste excerpti forsitan fuerint et inventi.

Inscriptio: Admodum Reverendo Religio. in Christo Patri Sebastiano Rhoer, SS. Theologiae Doctori et Monast. Ottoburani Subpriori. Memmingen Ottobeyrer Hauss.

(Fortsetzung folgt.)

## Aphorismen aus der Geschichte der römischen Päpste,

zusammengestellt von P. Bernard Pláček, O. S. B. aus Raigern.

### I. Benedictiner - Päpste.

#### Erster Artikel.



om heil. Petrus bis Leo XIII. sassen auf dem römischen Stuhle 263 Päpste. Von diesen gehörten folgende dem Orden des heil. Benedictus an: 1. Pelagius II.<sup>2)</sup> in der Reihe der Päpste der 63. reg. vom J. 568—590. Seine Zeit hatte von den Longobarden viel zu leiden; die ein-

<sup>1)</sup> Weingarten, kön. württemb. Oberamt Ravensburg, unmittelbare Benedictiner-Reichs-  
abtei, im 11. Jahrhundert von den Welfen gestiftet. Aufgehoben 1803.

<sup>2)</sup> Für jene, die die Geschichte des einen oder anderen Papstes besonders interessirt,  
lassen wir bei jedem derselben die Angabe von Quellenwerken in der Anmerkung  
folgen. — 1. Pelagius II.: 1. Mansi tom. IX pg. 881—910. — 2. Gregor. Tur.: Hist.  
Franc. X, I, pg. 590.